

ARGUMENTUM

DIALOGI DE AMICITIA.

QUUM inter Publium Scipionem Africanum et Lælium summam semper amicitiam fuisse constaret, Ciceroni de amicitia scripturo idoneus visus est Lælius, quem induceret de amicitia disputantem cum utroque genero Caio Fannio et Quinto Mucio Scævola. Hoc igitur sermone, quem Cicero paucis diebus post Africani mortem habitum fingit, Lælius docet, quid sit amicitia, quibus de causis amici quæsitæ sint, et quibus causis amicitia contrahatur: deinde inter quos amicitia esse possit: quæ sit amicitiae lex, quæ officia, et quibus denique modis perpetuo conservetur.

Scriptus est autem hic libellus post Catonem Majorem anno fere p. U. c. 710.